



## II. Abtheilung: Mittheilungen.

### Kleinere Quellen und Forschungen zur Geschichte des Cistercienser-Ordens.

Von Dr. Otto Grillnberger, Ord. Cist. in Wilhering.

#### VII.

Das Wilheringer Stiftsarchiv verwahrt eine 716 Folioblätter umfassende, in Schweinsleder gebundene Papierhandschrift, welche F. I als *Parvum archivium sacri Cisterciensis ordinis* bezeichnet ist, F. II aber folgende Aufschrift trägt: *Parvum archivium monasticum, in quo continentur statuta et constitutiones sacri Cisterciensis ordinis pro monasterio B. M. V. in Willering, quod transscripsit F. Augustinus Kempff professus in Willering ac p. t. vicarius in Grammastetten. 1667.* Am Schlusse (F. 377<sup>i</sup>; die übrigen Blätter sind leer) heisst es: *Opus hoc inchoatum fuit die 7. Januarii et completum fuit die 4. Junii anno 1667 per manus P. F. Augustini Kempff professi sacerdotis quadraginta duorum annorum, in sacro ordine ad quadraginta quinque annos in monasterio B. M. V. in Willering ac pro tempore vicarius (!) indignus in Grammastetten, in octavo anno pedibus et inferiori parte contractus, superiori liber.* In der *Epistola dedicatoria* an den Abt Caspar II. (F. III) bemerkt der Schreiber oder, wenn man lieber will, Sammler, dass er am 12. Mai 1622 in Wilhering das Ordenskleid empfangen und am 21. Mai 1623 die feierliche Profess abgelegt habe. Sonst ist über ihn wenig bekannt. Im Professencataloge vom Jahre 1745 heisst er *Camerfordensis*; 1627 machte er den Anfang mit der Führung der Pfarrbücher in Puchenau; 1633, 1635, 1636 und 1639 begegnen wir seinem Namen in den Matriken der Pfarre Ottensheim; 1639 schrieb er ein Processionale Cisterciense (Cod. IX, 119 der Wilheringer Stiftsbibliothek); 1640 18. II. — 1641 24. VIII. erscheint er als Prior; 1652 —

12. VI. 1657 war er Pfarrvicar in Oberneukirchen, 1659 — 6. X. 1671 Pfarrvicar in Gramastetten. Sein Todestag ist nach dem jüngsten Nekrolog der 10. December 1671.

Auf Kempffs fleissige Arbeit hat zuerst P. Robert Keplinger (Xenia Bernardina III, 227) hingewiesen; doch wurde bis jetzt kein Versuch gemacht, ihren Inhalt für die Ordensgeschichte auszubeuten. Im Folgenden soll derselbe näher angegeben und eine Reihe von interessanteren Stücken mitgeteilt werden.

I. F. 1—17'. **Consuetudines monachorum Cisterciensium** = Exordium Cisterciensis coenobii (ed. Ph. Guignard, Les monuments primitifs de la règle Cistercienne [= Analecta Divionensia VI], Dijon 1878, S. 61 ff.) und Charta charitatis (ed. Guignard l. c. S. 79 ff.).

II. F. 18—32. **Antiqua statuta** = Super instituta generalis capituli apud Cistercium (ed. Guignard l. c. S. 245 ff.). F. 32' leer.

III. F. 33—111'. **Clementina** = Diffinitiones capituli generalis vom Jahre 1316 (unter dem Titel: Libellus antiquarum definitionum ordinis Cisterciensis bei J. Paris, Nomasticon Cisterciense seu antiquiores ordinis Cisterciensis constitutiones, Paris 1670, S. 481 ff.). Die Bestimmungen des Papstes Clemens IV. vom Jahre 1265 bilden nur die I. Distinctio.

IV. F. 112—140. **Benedictina sive bulla reformationis Benedicti papae XII s. ord. Cist.** (ed. Chr. Henriquez, Regula, constitutiones et privilegia ordinis Cisterciensis, Antwerpen 1630, S. 93 ff.). F. 140—141' findet sich eine Abschrift von Henriquez l. c. S. 105, Sp. 2 und S. 106, Sp. 1, Nr. 44. F. 141'—143 stehen einige, wohl von Kempff herrührende Bemerkungen über die Benedictina, von denen folgende nicht ohne Interesse ist: *Inolevit consuetudo, ut anno quolibet in fine capituli generalis abbates universi et alii praesentes de ordine ab ipso abbate Cistercii munus benedictionis gravi instantia requirant petantque etiam in foro conscientiae ab illis (censuris et poenis in ista bulla taxatis) absolvi et suos absolvere posse, sicut et alii omnes de ordine Deum timentes et animarum suarum salutem optantes, ad quos divertit, hoc ipsum requirere consueverunt. Et hac ratione dudum timorati abbates suas et suorum amantes conscientias capitulum generale frequentabant, ut saltem tantae gratiae pro se et suis participes fierent* (F. 142'). F. 143' leer.

V. F. 144—183. **Novellae seu diffinitiones s. Cisterciensis ordinis** = Libellus novellarum definitionum ordinis Cisterciensis von 1350 (ed. Paris l. c. S. 615 ff.). F. 183' = F. 186.

VI. F. 184—192'. **Statuta diversa.**

1. F. 184—185. Statutum capituli generalis de horis B. M. V. anno 1373. Anf.: *Inprimis licet cunctos sanctos...* Schl.:

*ad arbitrium praesidentis puniatur. Alterum statutum est de electionibus monialium... in omnibus earum electionibus praelegatur.*

2. F. 185—186'. Diffinitio capituli generalis de Salve Regina dicenda quotidie in omnibus domibus ordinis universi ad sonitum campanae anno 1400. Anf.: *Gloriasam Dei matrem... Schl.: intimari et facere observari.*

3. F. 186'—187. Diffinitio facta anno MCCCCXXXI de quibusdam inclinationibus. Anf.: *Diffinitionem in capitulo generali dudum... Schl.: permaneant humiliter inclinati.*

4. F. 187. Definitio facta anno MCCCCLVI. Anf.: *Virginem gloriosam omni laude... Schl.: constituit in concilio generali.*

5. F. 187'—188. Diffinitio facta anno MCCCCXII. Anf.: *Sanctam et salubrem esse... Schl.: polluant aut contaminent.*

6. F. 188. Diffinitio capituli generalis edita anno MCCCCLXI. Anf.: *Quoniam attestante scriptura... Schl.: statuit ac omnibus* (das übrige fehlt).

7. F. 189—191'. Diffinitiones capituli generalis 1548.

Liquido constat ex sacris patribus et canonibus ecclesiasticis ac sanctorum patrum regulares monachos olim cuiuscunque status in simplici habitu coram Deo et hominibus fuisse conversatos. Quapropter minus prae se ferunt religionis indicia, qui fastuoso ac nimis pretioso cultu induuntur. Quod prohibere cupiens praesens capitulum generale die prima Maii anno 1548 in *Cistercio* congregatum ad monasticae religionis honorem et contemptum vitae saecularis statuit, quod omnes et singuli ordinis nostri monachi, cuiuscunque status et dignitatis fuerint, decenter et honeste secundum antiqua ordinis statuta ad exemplum beatissimi patris nostri *Bernardi* induantur et vestiantur in cucullis, tunicis et aliis indumentis non nimium longis aut brevibus cum capuciis incedendo ac sub illis pileis non adeo quadratis. Alioquin praesens capitulum generale dat auctoritatem ac praecipit omnibus patribus visitatoribus et commissariis, ut tales sic in re flexibili et indecenti monachos errantes severissime arguant et corrigant respective, iniungens ulterius capitulum praefatum generale provisorii collegii s. *Bernardi Parisiis*, ut hoc diligentissime observari faciat a scholasticis ipsius collegii ac etiam [F. 189'] per alias quascunque personas nostrae religionis, ita quod si aliquis per urbem vagantes monachos indecenter vestitos repererit aut repertos audiverit, per ipsum provisorium moneantur, vocentur et citentur, alias regulariter pro nunc corrigantur invocato etiam, si necesse fuerit, ad hoc brachii saecularis auxilio, consilio et favore.

Quoniam hac tempestate, quod dolentes referimus, plures monachi a sua concupiscentia abstracti et illecti, imo et suadente maligno spiritu ad saeculum, ut canes ad vomitum, redire et a

suis votis resilire cupientes sedem apostolicam adeunt et simulatis quibusdam allegationibus dispensationem fallaciter consequuntur et obtinent in animarum suarum perniciem et praelatorum religionis contemptum, capitulum generale in *Cistercio* die ultima Aprilis anno 1548 congregatum sanxit super hoc scribendum esse beatissimo summo pontifici et per ordinis procuratorem vel alium tunc *Romae* existentem vivae vocis oraculo tales sureptitias et damnabiles dispensationes pro viribus impediri.

Idem etiam capitulum anno et die praedicto celebratum decrevit insinuanda<sup>1)</sup> fore beatissimo domino nostro papae calamitates, scandala et alia mala [F. 190] infinita paene, quae in dies pullulant et instar hydrae serpentis succrescunt vehementius a commendatariis et reliquis monasteria ordinis tenentibus, quatenus in posterum eis via praecludatur omnino ad caulas ovium Christi. Et qui nunc ipsa possident monasteria, per censuram ecclesiasticam compellantur non excedere contenta in suis diplomatibus: quae exhibere patri superiori monasterii commendati et aliis, quorum interest, providere teneantur monasteriis victus et vestimentorum unicuique pro sua qualitate, manutenere aedificia domorum sibi commendatarum, earundem non succidere nemora ultra quod in Benedictina continetur, hospitalitatem et elemosynas pro consuetudine laudabili facere, solvere contributionem, subsidia et caetera ordinis onera, nullo modo se immiscere correctioni religiosorum, quibus plena sit autoritas penes ordinis patres praeferendi vicarios, priores, supprioris et alios quoscunque officarios, potissimum in spiritualibus; qui officarii per ipsos commendatarios deponi non possint, et generaliter cogantur ad omnia etiam per censuras ecclesiasticas, quae iuris sunt et rationis, plenaria summi pontificis potestate et gratia.

Non ignorans praesens capitulum [F. 190'] generale congregatum hoc anno 1548 celebratum multa incommoda provenisse monasteriis monialium ordinis a procuratoribus laicis et saecularibus, ob id inhibet omnibus et singulis ipsius ordinis abbatissis, ne admittant ad procuratores seu receptores domus suae officarium aliquem laicum vel saecularem, sed de ordine et de consensu superioris autoritatis vel abbatis fideiussione sufficienti prius acceptos. Alioquin gravissime puniantur in plenaria ordinis potestate.

Diffinitio alia generalis. Frequens capituli generalis celebratio praecipua status nostri materia est, quae excessus corrigit, deformata reformat et religionem nostram ad uberrimae faecunditatis culturam reducit. Quapropter praesens capitulum aegre ferens quorundam abbatum negligentiam ordinat et diffinit contra absentes, qui non comparuerint in novissimo capitulo generali et

---

<sup>1)</sup> insinuandum.

in aliis multis praecedentibus, quod in plenaria ordinis potestate cogantur ad solvendum triplicem contributionem antea suis monasteriis impositam,<sup>1)</sup> exceptis tamen senibus et aegrotis abbatibus, cum protestatione, quod si non comparuerint in proximo capitulo generali, secundum antiqua statuta cogantur solvere in duplum [F. 191] expensarum, quas facerent eundo et redeundo ad ipsum capitulum, et ad praemissa compellantur sub poena et censura ordinis.

Alia diffinitio generalis. Clarissime videntes et animadvertentes incommoda ordinis nostri, quae undique prodeunt et quasi hostes armati passim contra ipsum irruunt ab his etiam, qui religionis zelo et autoritate privilegia et autoritates antea non sine magna ecclesiae Dei utilitate monasteriis concessas defendere debent et tueri in Dei honorem et monasticae religionis observationem et augmentum, hinc est quod nos nostraque pro iure et aequitate conservare et defendere volentes et his, qui vineam Domini extirpare volunt, resistere cupientes statuimus qua valemus autoritate et ordinamus, quod omnes et singuli abbates ordinis, provisor collegii s. *Bernardi Parisiis* ac s. theologiae doctores ibidem commorantes vel alibi habeant procuratorium, quo se ordinis nomine opponant et tamquam procuratorio fundati in omni curia tam ecclesiastica quam saeculari [F. 191'] contradicere possint et valeant quibuscunque personis contra venientibus sine contradictione aut quovis nomine volentibus ordinis nostri privilegia, iura, libertates, statuta infringere aut aliquo modo minuere in plenaria ordinis potestate.

Alia diffinitio generalis. Non teneant abbates in monasteriis vel in suis domibus urbium mulieres, nisi tales sint, quod de ipsis nulla possit iusta suboriri suspicio.

Datum in diffinitorio apud *Cistercium* ultima Aprilis anno domini MDXLVIII.

8. F. 191'—192'. Statuta anni MDL.

Nos Fr. *Joannes* abbas *Cistertii* in *Cabilonensi* diocesi caeterique diffinitores capituli generalis die 5. Maii anno domini millesimo quingentesimo quinquagesimo apud *Cistertium* celebrati notum facimus universis, quod in eodem capitulo generali facta sit quaedam diffinitio generalis, cuius tenor sequitur.

Ut iustorum memoria, quae in benedictione est, vitalem fructum reddit omni tempore, praesens capitulum omnes et singulas generalium capitulorum huius [F. 192] sacratissimi ordinis institutione factas diffinitiones, quae sub eodem non fuerunt revocatae, observari iubet in plenaria ordinis potestate. Vult etiam commissiones factas a nuperrimo capitulo generali propter bella aut

<sup>1)</sup> impositas.

alias iustas causas non executas in suo robore permanere in plenaria ordinis potestate.

Cum et ratione status et fragilitatis sexus sacro monialium instituto fortis ac firma clausura annexa sit, approbatis superiorum annorum capituli generalis ac patrum visitorum diffinitionibus ac sanctionibus praesens capitulum generale omnibus ordinis nostri abbatibus et abbatissis ac monialibus quemcumque a suis monasteriis non concessum egressum a suo superiore eorundemque monasteriorum saecularium ingressum interdicit. Hisque idem capitulum generale sub poena excommunicationis latae sententiae praecipit inconsulto et non assentiente superiore procuratorem [non] habere saecularem et sub eadem poena in<sup>1)</sup> quacumque causa contra superiorum suorum consilium et praeceptum a quibuscumque saecularibus aut etiam regularibus nullum<sup>2)</sup> efflagitare auxilium neque ullo modo a simplicitate habitus et coloris, a sancta vilitate [discedere] aut vane, de quibus nobis a fide dignis est relatam, faeminas saeculares uxoratas imitari, quae capitis ac pectoris superfluo ac mundano ornamento ac gemmatis magni pretii annulis pluribus ad sui nostrique ordinis dedecus utuntur, [F. 192'] sed studiosius ac attentius patrum visitorum ordinationem tam abbatissae quam moniales frequenter legant et in omnibus proficiant in plenaria ordinis potestate.

Nullus abbas monachum vel conversum a professione absolvat aut totaliter dimittat, nisi de aliquo abbate, qui velit eius professionem recipere, penitus ei constet.

Non liceat abbatissis sine licentia patris abbatis egredi monasterium. Monialibus vero praesens capitulum egressum interdicit sub censuris et revocat diffinitiones propter easdem factas anno domini 1546.

Singulis annis commissarii contributionum faciant librum rationum suarum, in quo arragia, eundemque librum reddant dominis auditoribus computorum, quo possint exigi arragia ordinis onera facilius supportari.

Datum in diffinitorio nostro *Cisterciensi* sub appensione sigilli diffinitorii die, anno, mense supra scripto.

Sign. *Petrus a Morimundo*, abbas s. *Sulpitii*, F. *Joannes Parisiis* notarius ad pedes.

VII. F. 193—194'. **Absolutionsformeln.**

VIII. F. 195—196'. **Privilegium Sixti papae IV.** = Henriquez I. c. S. 158, Nr. 103.

IX. F. 197. **Privilegium Innocentii papae VIII.** Die Mitglieder der *Congregatio s. Bernardi monasterii Claraevallensis Cisterciensis*

<sup>1)</sup> a.

<sup>2)</sup> ullum.

*ordinis in Lombardia erhalten nachstehende Vollmacht: ut Christi fidelium quorumcunque vobis confiteri volentium confessiones audire et a quibuscunque casibus praeterquam sedi apostolicae reservatis, etiam ab illis, quorum absolutionem ordinarii locorum sibi reservant, absolvere et poenitentiam salutarem pro modo culpaе iniungere possitis... Datum Romae apud s. Petrum sub annulo piscatoris die 19. Aprilis anno 1490.*

X. F. 198—202. **Modus visitandi.**

Visitor videat statum anni praecedentis et statum, quem abbas ille recepit. Postea inquiretur subtilius, quod<sup>1)</sup> fiunt contractus et obligationes, locorum dimissiones et redituum, qualiter et per quos; si senes consentiebant aut iuvenes vocabantur ad illud aut aliud consilium. Item quaeratur, ad quem terminum, utrum damnosi tunc fiebant vel in futuro fieri possint; quantum debeat domus et quibus, quantum mercatoribus, quantum vicinis; recepta lanae, redituum annalium, omnium proventuum per annum; quis numerus monachorum, conversorum, servitorum; quantum oporteat expendere in victualibus carentarum (!) vel providere, quantum in expensis caeteris domus, in diversis negotiis grangiarum; abbates, cellerarii, placitarii, caeteri<sup>2)</sup> unde sumant; quae sit summa recepti bladi per annum; si plures sint bursae praeter communem conventus; si ponantur omnia recepta et expensa tam bladi per se quam denariorum, ut per subtractionem unius appareat vera summa alterius. Sed caveatur, ne existimatio aliqua iungatur cum summa aliqua clara vel recipiendorum vel expensorum. Existimatio fallit multos visitatores. Quodsi existimatio ponatur, debet sequi per se et in sequentis anni fine, quanta fuerit summa de claro sive sine claro, sine fraude monstrari. Quodsi bursarius omnia recepta . . . et expensa per manus eius omnia expendantur, bursarius monstret, quantum adiuvent communitatem officinae, portaria, hortus, pergamenaria, pomaria, tannaria,<sup>3)</sup> fullonia,<sup>4)</sup> porta et firma conventualis. Sciatur summa annualis si crescat vel decrescat et qualiter et quare et scribantur loca dimissa, loca inculta et negligenter derelicta ex inertia et stulta ignorantia superiorum et quibus derelicta sunt et quomodo et dentur visitatori, ut sciat, quid commodi evenerit vel incommodi, et hortetur visitator, ut ista sine fraude faciant sub poena conspiratorum patienda. Postea inquiretur, quantum oporteat expendi in vestibus per annum; quot sacci lanae; quot panni ex sacco, quot cucullae per se, quot tunicae, scapularia, caligae, pedules de panno uno pro-

1) quod in der Bedeutung von si auch unten.

2) caeterorum.

3) taunaria.

4) fulloria.

veniant; quantum recipit frater lanarius, quantum deliberat et pretium.

De sutore. Quot coria accipit; quot saecularium paria de corio faciat, quot paria monachis, quot saecularibus; summa coriorum per dietas et pretium per annum; quantum recipit de uncto denariis; si vendat saeculares monachis et conversis et maxime saecularibus; quot coria potest furnire de una pacia uncti et sepi et olei.

De hospitio. De susceptione hospitem, divitum, pauperum; quomodo recipiantur; quid accipiat redituum, quid panis ad furnum; si talliet, computet coram priore; de supellectilibus, sephis, cochlearibus et aliis vasis.

De infirmitorio monachorum. De silentio, de colloquiis servitorum infirmorum, de esu carnum, quibus dantur et per cuius manum, et quantum morantur ibi; quid recipiat a cellerario et a communitate; si honestum sit et appetibile infirmis; si celterius curet de infirmis quidquam; de horis cantandis morose, de capitulo tenendo; si brevem habeat, ut sciat, quid ibi sit aut quae sint amota, elongata et perdita.

De portario. Quaeratur, quid distribuatur diversis personis; si cum saecularibus aliquid habeat et depositum alicuius; quantum accipiat in pane, calceamentis, veteribus pannis, caseo, butyro, carnibus; si decimam accipiat et quarum rerum et proventuum; quantum emit panni novi, quibus distribuit; quomodo agit de coriis saecularibus; si aedificia faciat; si porcos nutriat; si mercetur; si eleemosynam dat et quibus, si saecularibus, viduis, peregrinis et senibus viris, praecipue in Caena Domini, si ribaldi laventur in claustris, et clerici appellantur; si stipendiarii sui veniant de eleemosyna vel non; item de prostibulariis mulieribus, si amoveantur a semitis portarum abbatiae; de monachis, qui loquuntur cum mulieribus sine teste; de frequentia parentum monachorum et conversorum, si bene habeat; de reditibus receptis et expensis.

De pistrino. Quantum de blado expendit in hebdomada; quot panes fiunt de quartario utriusque grani; utrum computet et talliet; qualiter mundet granum; quantum expendit quaelibet grangia et quomodo bladum deliberat molendinis et pistrino; si illi de pistrino et granario aliqua nutriunt animalia.

De conversis. Item quaeratur, si conversi computent fideliter de omnibus et quater in anno; item quod nihil accipiant, mutuent vel vendant sine licentia nec placita moveant.

De consilio communi. Quod omnes sacerdotes praecipue vocentur ad consilium, ut qui tractant sacrosancta disponant temporalia; quod antequam vendantur vel dimittantur aliqua loca, convocentur fratres ad consilium, non post dimissa vel vendita;

quod reliquiae et calices non impignorentur, et si fuerint impignorata, revocentur sub poena excommunicationis; quod omnes sacerdotes videant, sciant et intelligant recepta rerum venditarum et locorum dimissorum, quia quod omnes tangit ab omnibus debet approbari vel reprobari; qui sunt consiliarii, num patriotae, idiotae; quantum est in providentia domus de vino, oleo, blado, brasio,<sup>1)</sup> praebenda, farina, cera, cepo, caseo, butyro, sale, plumbo, calybe, saccis, canapio, piscibus, baconibus,<sup>2)</sup> diversis carnibus, halecibus,<sup>3)</sup> aufugia.

De sacrista. Item quaeratur a sacrista, per quos et quorum consilio alienantur vestimenta, calices, reliquiae vel alia ecclesiae utensilia; si recipiat tempore debito canopium, lineum pannum, sericum pro casulis, ceram et sepum, vinum et oleum et incensum pro ecclesia et quomodo et per quorum manus; item si dispersio fiat; quot personae dispergantur; quantum valet annona earum in victu et vestitu; quantum habuerint in expensis et pretium omnium istorum apponatur receptis et videatur domus tantum alleviari; quod pueri vel clerici intra vel extra abbatiam non sustineantur, usque dum conventus totaliter revocetur.

Item videatur augmentum vel diminutio status debitorum et status domorum, grangiarum et locorum et status animalium cuiuslibet generis, sexus vel aetatis et ponatur numerus diminutus vel adauctus.

Item post capitulum primae diei petantur omnia scripta obligatoria et dimissoria terrarum, grangiarum, pasturarum et aliarum possessionum et postea ponderentur recepta contra valorem praedictorum dimissorum. Petantur in virtute obedientiae districte omnia scripta et quittantiae vel talliae,<sup>4)</sup> ut sic probetur vera solutio debitorum, non ficta aut falsa ad ostentationem. Petantur praecipue rotuli trium et quatuor annorum praeteritorum, ut per finem, scilicet summam rotulorum finalem et totalem, sciatur et experiatur occulta fide concordia laudis, ut ita dicam, per dissonanciam fraudis. Item sic computatis omnibus receptis et expensis mutuacionum, reddituum, proventuum, solucionis lanarum caveatur a fraude computi fabricati et probentur omnia vel per tallias vel per scripta dentata vel vivam omnium vocem et verus status probetur et habeatur de claro, ne visitatores excaecati ad innocentium claustralium, quos illuminare tenentur, caecam confusionem per violentam inductionem et tortuosam implicationem quorundam fallacium<sup>5)</sup> et fraudulentorum, tantum quae mundi sunt,

1) braseo.

2) bacoribus.

3) = alecibus (*vgl. habundare für abundare*).

4) tallia.

5) fallaciam.

ventris et laudis pompaticae, non Dei et ordinis sapientium ad tartarum ignorantiae et tenebrarum caecitatis ordine perturbato et omnino confuso flebiliter inducantur.

Articuli interrogatorii in visitatione proferendi.

1. An dominus abbas frequentet ecclesiam et horas canonicas.
2. Utrum celebret frequenter et alios inducat ad celebrandum.
3. Utrum sit frequenter absens, in qua comitiva et ubi.
4. Utrum manuteneat conventum suum in victu et vestitu decenter.
5. Utrum sit sollicitus in observantiis regularibus custodiendis, de dormitorio, de lampade, de scrutiniis, de refectorio frequentando, de observatione claustris, de mandato, de silentio tenendo.
6. Utrum vivat aut vixerit incontinenter vel fornicatorie.
7. Utrum sit prodigus vel sumptuosus in administratione.
8. Utrum utatur consilio seniorum in administratione suae ecclesiae.
9. An sint bursarii constituti vel ipse solus recipiat.
10. An reddat clarum et specificum computum de receptis suis et expensis.
11. An ipse alienaverit localia ecclesiae vel prata seu praedia.
12. An religiosi sui sint bonae conversationis sine nota carnalitatibus vel incontinentiae.
13. Utrum sint aliqui eidem abbati inobedientes vel contra ipsum machinantes vel libellos scribentes infamiae vel oretenus publicantes et ad brachium saeculare recurrentes.
14. Utrum religiosi sint proprietarii oves, boves, armenta et consimilia ad nutrituram laicis committentes.
15. An utantur tunicis fassis, caligis nigris, colaribus altis impedientibus disciplinam capituli quotidiani.

F. 202—203 folgen Bemerkungen über die *depositio abbatum* und die *renuntiatio praetorum*.

XI. F. 203'—207. **Modus, quem debet observare visitator commissarius in visitatione** = Modus visitandi, nach der Handschrift C. 32 der Düsseldorfer Bibliothek von Fr. Winter, Die Cistercienser des nordöstlichen Deutschlands III, S. 197 ff. veröffentlicht. Diese Ausgabe des hochinteressanten Stückes leidet aber an bedeutenden Mängeln. Die Düsseldorfer Handschrift ist nicht frei von groben Fehlern, und Winter hat nicht einmal den Versuch gemacht, diese zu verbessern. Folgender Ausgabe ist die Wilheringer Handschrift (= W) zugrunde gelegt, da sie der Düsseldorfer (= D) an Alter zwar nachsteht, sie aber in Bezug auf Correctheit des Textes weit übertrifft. Der Düsseldorfer Codex gehört wahrscheinlich dem 15. Jahrhundert an.

Prima die ipso intrante in capitulo dicat: *Benedicite* et post responsionem<sup>1)</sup> dicat: *Domini!*<sup>2)</sup> *Dominus meus N. pater abbas huius monasterii misit me ad monasterium istud visitandi gratia, prout in mea commissione continetur.* Et tunc legatur commissio

<sup>1)</sup> responsionem fehlt in D. Belanglose Varianten übergehe ich.

<sup>2)</sup> W: domine.

et ipsa <sup>1)</sup> perlecta dicat: *Vultis me recipere pro commissario?* Ipsi respondentibus: *Volumus tunc dicat visitator: Ut procedamus secundum formam ordinis consuetam, surgat cantor et legat formam visitationis, quae habetur in Usibus cap. 123 et 124.* <sup>2)</sup> Qua perlecta dicat abbati vel priori in absentia ipsius, ut faciat praecepta subditis suis secundum tenorem formae visitationis. Quibus factis dicat assessor visitatoris aut ipse visitator, si non habuerit assessorem, dirigendo sermonem ad subditos: *Domini!* <sup>3)</sup> *Vos audistis praecepta abbatis vestri et nos auctoritate domini nostri N., cuius vices gerimus in hac parte, vos monemus, rogamus vobisque praecipimus, quatenus illa, quae sciveritis emendanda, corrigenda et reformanda in domo ista tam in capite quam in membris, tam in spiritualibus [Fol. 204] quam in temporalibus, nobis et visitatori vel alicui regulari de societate nostra in aperto vel in secreto dicatis, prout melius vobis videbitur expedire, bono tamen zelo et in bona charitate secundum formam visitationis nec tendatis ad diffamationem personarum, sed ad correctionem vitiorum.* <sup>4)</sup> Hoc facto petat visitator, si habeant diffinitiones illius anni et si sint lectae in capitulo. Si vero non habeant <sup>5)</sup> det eis et legantur statim; si iam lectae fuerint, non legantur, sed petatur charta visitationis et legatur et in omnibus clausulis petatur a priore, qualiter fuerit observata. <sup>6)</sup> Ipsa perlecta petatur, si secundum quod continetur in eadem legatur terminis constitutis. <sup>7)</sup> Quibus actis dicat: *Loquamur de ordine nostro.* Et tunc recognoscant, qui se voluerint recognoscere, et proclamantur qui fuerint proclamandi. Et si fuerit aliquis in poenitentia et petierit in primo capitulo sibi fieri gratiam, respondeatur eidem, quod inquiretur <sup>8)</sup> de facto suo et in capitulo <sup>9)</sup> se recognoscat et ibi respondeatur, <sup>10)</sup> quid fuerit faciendum. Et post venias et proclamationes dicat assessor aut visitator <sup>11)</sup>: *Quantum hora permiserit,* <sup>12)</sup> *nos visitabimus loca vestra et officia;* <sup>13)</sup> *propterea vadant officiales ad illa, ut ibi eos inveniamus, et tali hora [F. 204] tenebimus in consueto loco parlamentum nostrum secretum.* <sup>14)</sup> Quibus

<sup>1)</sup> Für et ipsa in D: qua.

<sup>2)</sup> Statt et legat — 124 in D: et commissionem legat.

<sup>3)</sup> W: Domini vel charissimi fratres.

<sup>4)</sup> Die Worte: nec — vitiorum fehlen in D.

<sup>5)</sup> W: fuerint.

<sup>6)</sup> D: si generaliter fuerint observate.

<sup>7)</sup> D: termino constituto.

<sup>8)</sup> D: inquiretur.

<sup>9)</sup> D: tertio capitulo.

<sup>10)</sup> D: respondebitur.

<sup>11)</sup> Die Worte: assessor aut visitator fehlen in D; W: ad visitatorem.

<sup>12)</sup> D: permittet.

<sup>13)</sup> D: visitabimus vestra officia.

<sup>14)</sup> nostrum secretum fehlt in D.

dictis dicat: *Pro gratia s. Spiritus impetranda, quae nos dirigat et qua mediante possimus aliqua facere vel ordinare in hac nostra praesenti visitatione, quae sunt ad honorem Dei, animarum salutem et huius monasterii utilitatem, quilibet vestrum dicat Veni creator Spiritus, Pater noster, Ave Maria cum collecta: Deus, qui corda.* Postea dicat: *Adiutorium nostrum et recedant.*

Dum autem venerint ad parlamentum, assessor dicat: <sup>1)</sup> *Benedicite.* Tunc iuniores <sup>2)</sup> surgant et dicant auctoritates <sup>3)</sup> sanctorum, quae sunt per assessorem exponendae, <sup>4)</sup> si sibi placuerit. Quo facto prior <sup>5)</sup> et alii officiales, si aliqua voluerint dicere, breviter dicant in communi et exeant aliis in parlamento remanentibus. Et tunc dicat assessor aut etiam visitator: *Charissimi fratres! Istud parlamentum secretum dicitur, eo quod ea, quae ibi dicuntur, debeant teneri secreta, i. e. personae, quae ibi aliquid dicent exonerando conscientias suas, debent subterfieri, ne dicatur: talis et talis dixit hoc vel istud, sed sic: ad nostram notitiam [F. 205] pervenit, quod talia sunt emendanda, sine denominatione alicuius personae. Idcirco dicat audacter quilibet ea, quae sciverit emendanda, et hoc bono zelo et in bona charitate.* Et petatur a singulis, si sit aliquid emendandum vel corrigendum, incipiendo a senioribus. Et prohibeat districte visitator, ne personae, quae in dicto parlamento pro bono monasterii aliquid dicent secundum conscientias suas, extra dictum parlamentum nominentur et revelentur. Et finito parlamento secreto dicat visitator, <sup>6)</sup> quod in crastino die audiemus post capitulum computationes, quas praeparet bursarius.

Visitans igitur officia incipiat a sacristia <sup>7)</sup> et primo in ecclesia videat corpus Domini, si honeste, decenter, honorifice <sup>8)</sup> et sub clave firmiter <sup>9)</sup> custodiat. Postea pallas <sup>10)</sup> maioris altaris et aliorum, corporalia et alia paramenta, <sup>11)</sup> si voluerit, et inquirat de lumine <sup>12)</sup> ecclesiae et de calicibus, et si aliqua vasa sint vendita aut <sup>13)</sup> oppignorata, <sup>14)</sup> et si sacrista habeat <sup>15)</sup> reditus, unde suo

<sup>1)</sup> *Statt* Quibus dictis dicat — assessor dicat *in D*: Ibi assessor dicat.

<sup>2)</sup> *D*: minores.

<sup>3)</sup> *W*: autoritate.

<sup>4)</sup> *W*: exponenda.

<sup>5)</sup> prior *fehlt in W*.

<sup>6)</sup> *Für* Et tunc dicat assessor aut etiam visitator — dicat visitator *in D*:

Dicat etiam.

<sup>7)</sup> *W*: sacrista.

<sup>8)</sup> *D*: reverenter, honorifice et decenter.

<sup>9)</sup> firmiter *fehlt in D*.

<sup>10)</sup> *W*: pallis.

<sup>11)</sup> *D*: reliqua ornamenta.

<sup>12)</sup> *D*: luminari.

<sup>13)</sup> *W*: et.

<sup>14)</sup> *D*: impignorata.

<sup>15)</sup> *D*: habet.

possit providere officio, aut si de communi provideatur eidem. Deinde petat, si sint aliqua [F. 205<sup>1)</sup> corrigenda, quae sibi dicat.<sup>1)</sup>

Visitata sacristia vadat ad portam et petat a portario, qualiter fiant<sup>2)</sup> eleemosynae ibidem et maxime si tres praebendae distribuuntur<sup>3)</sup> consuetae; inquiret etiam de custodia portae, et si sciat aliquos egredi sine licentia, et de omnibus, quae occurrunt petenda, et si habeat redditus.

Visitata porta visitet coquinam conventus et a cellerario vel<sup>4)</sup> subcellerario ibidem<sup>5)</sup> inquiret de pitantiis<sup>6)</sup> et de omnibus pertinentibus ad istud officium.

Quo officio visitato visitet cellarium vini, horrea et caetera loca, ubi sunt provisiones, videlicet sutrinum,<sup>7)</sup> vestiarium, et inquiret de distributione vestimentorum<sup>8)</sup> et in omnibus officiis petat secreto ab officialibus, si aliqua sint emendanda. Visitet etiam infirmitorium<sup>9)</sup> monachorum et conversorum et hospitium saecularium.<sup>10)</sup> Et sic peragitur prima dies.

Secunda die in secundo<sup>11)</sup> capitulo fiet<sup>12)</sup> sermo et post sermonem dicat abbas vel assessor:<sup>13)</sup> *Loquamur de ordine nostro*. Et postea petantur [F. 206] veniae. Quibus petitis<sup>14)</sup> fiant proclamationes et corrigantur proclamati, si recognoverint, et si negaverint casus contra se positos,<sup>15)</sup> inquiret diligenter visitator, maxime si fuerint criminales, et prout invenerit, in tertio capitulo iudicet<sup>16)</sup> per condemnationem vel per absolutionem. Et sic finiatur<sup>17)</sup> secundum capitulum et ibidem de tertio capitulo, quando illud voluerit tenere, ordinabit.<sup>18)</sup> Et tunc<sup>19)</sup> vadant ad computationes<sup>20)</sup> et ibi<sup>21)</sup> inquiret de statu temporali, de provisione domus, de debitis

1) *D*: si scit aliqua corrigenda, quod sibi dicat.

2) *D*: fuerint.

3) *D*: distribuuntur quotidie.

4) a cellerario vel *fehlt in D*.

5) *D*: ibi.

6) *W*: pitantia.

7) *W*: sutores, vestiaria.

8) *D*: indumentorum.

9) infirmitoria *W*.

10) *D*: hospitium pauperum et hospitium saecularium.

11) secundo *fehlt in D*.

12) *D*: fiat.

13) *D*: dicat assessor.

14) *Für* Et postea — petitis *in D*: et post petitionem venie.

15) *D*: propositos.

16) *D*: indicet.

17) *D*: finiat.

18) *D*: videndum.

19) *D*: post.

20) *D*: computos.

21) *Für* et ibi *in D*: ubi.

tam activis quam passivis. Petat etiam ibi, si aliquis sit in poenitentia et si meruerit gratiam obtinere.

Notandum, quod si fuerit multitudo conversorum, statim post egressum secundi capituli, antequam vadat<sup>1)</sup> ad computationes, debet eis tenere capitulum in loco capitulari eorum et debet dicere assessor in principio capituli:<sup>2)</sup> *Pretiosa in conspectu Domini et totum residuum.*<sup>3)</sup> Et dicto: *Adiutorium nostrum* et responso: *Qui fecit*<sup>4)</sup> sedeant et dicat assessor:<sup>5)</sup> *Benedicite*. Tunc petant veniam conversi et post petitas<sup>6)</sup> venias proclamantur et puniantur, prout meruerint. Et si casus fuerit gravis, diligenter se informet et [F. 206'] citetur in capitulo monachorum puniendus. Et sic finiatur capitulum conversorum.<sup>7)</sup>

Post actum computationis<sup>8)</sup> secunda die ante tertium capitulum fiat charta visitationis, si fuerit renovanda, et petatur ab abbate, si voluerit<sup>9)</sup> poni aliqua specialia. In tertio capitulo fiant correctiones de computis. Quibus factis dicat assessor: *Nos fecimus aliquas ordinationes, prout potuimus, sicut vos audietis*. Et tunc legantur per commissarium. Et finita charta visitationis dicat: *Observetur melius solito* et legatur per cantorem, prout in ipsa continetur. Postea dicat assessor: *Nos inquisivimus de statu temporalis et spiritualis domus istius*<sup>10)</sup> *et invenimus talia et talia*. Et dicat quod emendent, si quae<sup>11)</sup> fuerint emendanda. Moneat etiam conventum, ut abbati suo reverentiam, obedientiam et honorem exhibeant et officiales diligant et quod portent et sustineant patienter quidquid eis distribuitur. Recommendetur abbas et officiales<sup>12)</sup> de bona diligentia, si tamen fuerint commendandi, [F. 207] alias exhortentur, quod diligentius se habeant et quod subditos diligant et vivant<sup>13)</sup> in pace.

Et ponendo finem visitationi faciant rogationes et obsecrationes consuetas<sup>14)</sup> et iniungantur orationes pro domino N. visitatore<sup>15)</sup>

1) D: vadant.

2) capituli *fehlt in D*.

3) *Für* et totum residuum *in D*: etc.

4) et responso — *fecit fehlt in D*.

5) assessor *fehlt in D*.

6) petitas *fehlt in D*.

7) capitulum conversorum *fehlt in D*.

8) D: computationes.

9) D: abbate et priore, si voluerint.

10) D: huius monasterii.

11) D: aliqua.

12) D: et alii et officiales.

13) D: uniant.

14) D: fiant . . . consuete.

15) D: pro domino N. abbate et visitatore.

et regratiantur<sup>1)</sup> eis de beneficiis acceptis offerentes<sup>2)</sup> se servitiis eorum.

In monasteriis monialium in fine dicant *Confiteor* totum et fiat ibi absolutio generalis. Iniungatur eis loco salutaris poenitentiae, ut<sup>3)</sup> dicant septem psalmos poenitentiales vel aliud aliquid pro suis delictis et quod diligant et honorent suos confessores et provideant eis bene et sufficienter,<sup>4)</sup> prout est consuetum.

Quibus dictis et factis assessor dicat: *Et Deus pacis et dilectionis maneat semper cum omnibus vobis. Amen,* postea:<sup>5)</sup> *Adiutorium nostrum* et respondeant: *Qui fecit coelum et terram.*<sup>6)</sup>

Et sic finis visitationis.<sup>7)</sup> F. 207<sup>l</sup> leer.

## Nachrichten über ein merkwürdiges Rituale Ord. Cist. mit besonderem Bezuge auf die Abtei Altenberg.

von H. i. E. K.

Bemerkenswert wegen seines Titelblattes ist ein Rituale Ord. Cist., welches sich in der königlichen Landesbibliothek zu Düsseldorf befindet. (Vergleiche Westdeutsche Zeitschrift 1885, Ergänzungsheft II S. 170.) Das Rituale, in klein Quartformat, stammt aus dem 16. Jahrhundert. Das Titelblatt zeigt 9 Abbildungen von Kirchen und Klöstern, die mit der Abtei Altenberg im Dhünthale verbrüdet waren. Aller Wahrscheinlichkeit nach war das Rituale Eigenthum der Abtei Altenberg. Auch wird man nicht fehl gehen, wenn man annimmt, dass dasselbe mit Einschluss des Titelblattes in Altenberg angefertigt worden ist. Directe Mittheilungen hierüber finden sich allerdings nicht. Die Schrift des Rituals wie auch die Umschriften der Bilder weisen auf das 16. Jahrhundert. Bei Jongelin, *abbatiae Ord. Cist. in dioec. Col. p. 29* heisst es von Abt Wilhelm (1538—1545): *libros pulcherrimos ad usum chori conscribi fecit.*

Die Abbildungen zeigen Medaillons von 3 1/2 cm. Durchmesser. Durch Astwerk, welches von Altenberg, dem Mutterkloster, ausgeht, sind dieselben miteinander verbunden. Altenberg selbst ist zu unterst und in grösserem Medaillon von etwa 5 cm. Durchmesser dargestellt. Die Bildchen sind hübsch ausgeführt. Dieselben verathen eine Hand, die sich auf die Zeichenkunst verstand. Dass

1) *D:* regratiatur.

2) *D:* offerens.

3) *D:* quod.

4) *D:* sufficientes.

5) *D:* postea dicat.

6) *D:* et responso: Qui fecit etc. Et tunc deducatur ad locum, quo iturus est.

7) *D:* Explicit modus visitandi.